



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>











NOUUM TESTAMENTUM
DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI
LATINE

SECUNDUM EDITIONEM SANCTI HIERONYMI

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM RECENSUIT
IOHANNES WORDSWORTH, S.T.P.

EPISCOPUS SARISBURIENSIS

IN OPERIS SOCIETATEM ADSUMTO

HENRICO IULIANO WHITE, A.M.


COLLEGII MERTONENSIS SOCIO

PARTIS SECUNDAE FASCICULUS PRIMUS
ACTUS APOSTOLORUM

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

MDCCCXV

2



LONDINI ET NOUI EBORACI



APUD HENRICUM FROWDE, A.M.

OXONII EXCUDEBAT HORATIUS HART A.M. TYP. ACAD.

UNIVERSITY OF LONDON
LIBRARY

IN HOC PRIMO FASCICULO INSUNT HAEC

	PAG.
PRAEFATIO EDITORUM IN ACTUS	v
CAP. I. De codicibus Actuum in hanc editionem collatis, et praecipue de codicibus BIMORSU <i>c dem. e gig. h p s t</i> :—(a) Codices Hieronymiani; (b) Codices ueterum uersionum	v
CAP. II. De codicibus Graecis quibus S. Hieronymus in Actibus usus fuerit . . .	x
CAP. III. De codicum nostrorum classibus:—1. Codices primae classis GCAFD; 2. Codices secundae classis IM, SU, T, O; 3. Codices tertiae classis @, KBVR; 4. Codex textus medio aeuo usitati W	xiii
CAP. IV. De textu nostro in Actibus	xv
PRAEFATIONES IN ACTUS APOSTOLORUM	I
De capitulationibus nouis codicum Metensis, Monacensis, et Bambergensis .	5
Capitula in Actus Apostolorum <i>in sex columnas diuisa</i> : (1) A, (2) BF@KRSU <i>c</i> <i>Thomas.</i> , (3) CT, (4) V, (5) M, (6) G	7
Elenchus codicum nostrorum in Actibus Apostolorum	34
ACTUS APOSTOLORUM	35-228

ERRATA.

PAGE

- 34, ll. 11, 12 *Pro* ediderunt J. Gwynn et J. H. Bernard, *Dubl.* 1902 *lege* editionem parat J. Gwynn, *Dubl.*
- 49, *not. ad u.* 41. *Pro* NABCD 19 *lege* NABC 19.
- 62, *not. ad u.* 31. *Pro* 342. 11932 *lege* 343. 11932.
- 85, *not. ad u.* 56. *Pro* (ικ δεξ. ἐστῶτα τοῦ θεοῦ N*BDHP *al. pler.*) *lege* (ικ δεξ. ἐστῶτα τοῦ θεοῦ N°BDHP *al. pler.*)
- 87, *not. ad u.* 11. *Pro* + rebus D *lege* + rebus d.
- 139, *not. ad u.* 29. *Pro* πικτῶν N* *etc.*, πικτοῦ N° *etc.*, *lege* καὶ πικτῶν N* *etc.*, *et* καὶ πικτοῦ N° *etc.*

PRAEFATIO IN ACTUS.

CAP. I.

DE CODICIBUS ACTUUM IN HANC EDITIONEM
COLLATIS ET PRAECIPUE DE CODICIBUSBIMORSU *c dem. e gig. h p s t.*

OMNIUM codicum nostrorum summam et breuiter notitiam dedimus infra p. 34, et quod attinet ad historiam codicum ACDFGΘKTVW quos omnes in Euangelia adhibuimus, pauca hic scribenda sunt, cum uol. I, pp. xi-xiv, fere satis de eis dictum fuerit. De textu eorum in hoc libro plura adnotanda sunt. Ceteros uero codices quindecim, septem Hieronymianos, octo ueteres, quibus in hunc librum usi sumus, paulo longius hoc loco recensere oportet.

(a) Codices Hieronymiani.

A. Codex Bibliorum *Amiatinus*; uide I, p. xi; editionem Tischendorffianam cum ipso codice denuo contulit H. J. W. In Actibus hoc notandum est, codicem Amiatinum non solum cum Graecis antiquissimis NB sed etiam cum Laudiano (*e*) quadam familiaritate coniungi. Nam ut supra diximus (I, p. 660), congruunt diuisiones capitulorum fere omnino cum numeris qui in Sinaitico et Uaticano adponuntur (uide Hort, *Introduction*, II, p. 266; H. A. Robinson, *Euthaliana*, p. 41; Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 313), et corrector codicis, qui nostro iudicio ipse scriba fuit, uidetur nonnullas lectiones e Laudiano hausisse (infra p. xii, not. 1). Codices AIMOD quasi unam familiam faciunt de qua infra disseremus.

B. Codex Bibliorum *Bambergensis* Bibliothecae Reg. Bamb. A. 1. 5, saec. IX; contulit H. J. W. Alcuinianus est et cum KVFSUR magna ex parte concordat, ut proximus ipse ex hac serie Karolino sit (cf. Berger, *Hist. de la Vulg.*, pp. 206 seq., 376-7). Familia BKVFSUR, ut infra ostendemus, familiae AIMOD in Actibus aduersatur.

C. Codex Bibliorum *Cauensis*; uide I, p. xi; contulit J. S. Familiae Hispanicae est et cum TΘ satis arcte cohaeret, sed maxime cum T. Lectiones in CT a reliquis codicibus nostris discrepantes fere semper aut ueteris uersionis Europaicae sunt (CT = *e gig. p t* hoc ordine), aut textum graecum diuerso modo repraesentant, ita ut parui momenti sint ad explorandum textum graecum qui familiae Hispanicae pro fundamento fuerit. Ubi C et T inter se discrepant, C, ut in Euangeliis, plerumque melior est; immo, post G, proxime omnium ad textum nostrum accedit. Uide infra p. xiii.

D. Codex Noui Testamenti *Armachanus* nunc *Dublinensis*, saec. IX in., ut uidetur (cf. Berger, p. 31); uide I, p. xi; impressit recenter u. cl. J. Gwynn; sed adhuc liber sub manibus est. De huius codicis indole in Actibus fere eadem dicenda sunt quae in Euangeliis (I, pp. 713-15); fundamentum bonum habet et interdum textum Hieronymianum uel solus uel cum paucis comitibus conseruat, ut

exempli gratia iv. 21 in eo quod factum erat, xvi. 29 paulo et silae (*sine* ad pedes); sed Celticae familiae uitiis obnoxius est, sc. uerborum inuersionibus, additamentis, omissionibus. Haud raro cum Hispanicis (CT) coniungitur, et in paruis additamentis etc., coniunctionem D cum ΘMW etc. satis saepe obseruabit lector; ueteris etiam Latinae reliquias hic illic ostendit, et textus occidentalis proprietates amat (uide praesertim xiii. 33, xiv. 2, xv. 20, 23, 29, xvi. 40, xix. 9, xxii. 7, 28, xxiii. 24, xxiv. 18, xxviii. 29). Utrum ex graeco correctus sit annon, prorsus dubitare licet, cum indicia satis clara desint; notationē tamen digna sunt xviii. 24 ubi D solus habet 'apello' = fere 'Apelles' Hieron. (*nom. Hebr.*) et Ἀπελλῆς N* 15, 180; xv. 4 (cf. xxi. 12) ubi D legit 'hierusalem' contra codices nostros sed cum gr. plur. et *d e*; xiii. 22 'in regem' D *d e et graec.*; xv. 7 'in uobis' D *Iren.* = NABC; xxviii. 2 'recipiebant.' Interdum lectiones singulares ostendit ut ii. 24 'iuxta illud quod' = καθότι, et xxiii. 25 'continentem hunc mundum' = περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον.

F. Codex Noui Testamenti *Fuldensis*, saec. VI; uide I, p. xii; editione Ernesti Ranke (Marburgi, 1868) usi sumus. Actus Apostolorum post Epistulam ad Hebraeos ponuntur. De textus indole uide supra ad B, et infra p. xiii. Ita arcte cohaerent Alcuiniani codices cum F ut facile credas Alcuinum codice Fuldensi in emendando textu suo usum fuisse. In Euangeliis quidem difficile hoc fuisset sed non in Actibus.

G. Codex Bibliorum *San-Germanensis*, saec. IX, nunc Par. Lat. 11553; uide I, p. xii; contulit J. S. Textum bonum exhibet in Actibus, ita ut eum saepius quam ullum alium secuti simus (uide infra p. xvi). Ubi codices nostri in partes eunt G cum familia AIMOD plerumque congruit, interdum autem cum BKVF; sed seu cum hac seu cum illa, magna ex parte ueram Hieronymi lectionem habere credimus. Etiam hic illic lectiones quae in AG, GΘ, etc. tantum inueniuntur in textum recepimus; uide praesertim xvi. 29 paulo et silae DG* *e*; xix. 23 uia *sine add.* AG*ΘIM *e*; xx. 13 enauigauimus AG; xxi. 5 explicitis diebus ACG*T; xxiv. 14 patrio deo meo GΘO; 24 custodiri G*Θ*I. Certe ueterum uersionum uestigiis non caret (e.g. ii. 7, 12, iv. 18, v. 38, vii. 11, xi. 29, xii. 12, xix. 20), et uidetur uno alteroue loco ex Graeco correctus, ut v. 40 *om. et dimiserunt eos* G *cum gr.* NABC; xvii. 10 *om. per noctem* G *cum gr.* (A) 61; xxvi. 7 'in quam' (= εἰς ἣν) GΣC *e gig.* Haec tamen si excipias optimum exemplum textus Hieronymiani extat San-Germanensis.

Θ. Codex Bibliorum *Theodulfanus* saec. IX, nunc Par. Lat. 9380; uide I, p. xii; contulit H. J. W. Hispanicae familiae est et cum CT saepe coniungitur, saepius uero cum D; ita ut testis proprietatum textus occidentalis in Actibus satis bonus habeatur.

I. Codex *Iuueniani Uallicellanus* B. 25² saec. IX uel etiam VIII ut iudicat uir doctissimus H. M. Bannister; continet Actus, Epistulas Catholicas, et Apocalypsin. Olim pertinuit ad quendam Ecclesiam S. Laurentio dedicatam ut testantur imagines in pagina post commentarium in Apocalypsin pictae, ubi Iuuenianus quidam (forsan codicis scriba) S. Laurentio sedenti in cathedra librum offert; super caput eius scriptum est *iuenianus humilis subdiaconus*, et sub oblato libro *offero tibi beatissime sancte laurenti leuita et martyr*; uide

Mabillon, *Iter Italicum*, pp. 67-8, et Blanchinum, *Euang. Quadr.* II, p. DXCIX b. Codicem contulit nostri gratia uir doct. Attilio Profumo; textum habet cum AMOD concordantem et haud raro cum A solo¹.

K. Codex Bibliorum *Karolinus*, Mus. Brit. Add. 10546, saec. IX; uide I, p. xii; contulit H. J. W. Alcuinianus est et in Actibus optimus Alcuinianorum; uide infra p. xv.

M. Codex *Monacensis* Lat. 6230, saec. IX in.; contulit H. J. W.; continet Actus Apostolorum, Epp. Cath., et Apoc.; de capitulationibus in Actibus infra dictum est (p. 5). Textum bonum exhibet cum AIOD concordantem².

O. Codex Actuum Apostolorum *Oxoniensis Seldenianus* (Bodl. 3418 = Seld. supra 30) saec. VIII in., litteris uncialibus exaratus, in insula Tanet ('ad orientalem Cantiae plagam' Bed. *H. E.* I, xxv) ut uidetur ante annum 752 scriptus. Opus est duorum scribarum quorum primus capp. i. 1-xvi. 32, alter xvi. 33 usque ad finem libri elaborauit; sed scriptura eius minus firma et nitida est. Contulerunt J. S., G. M. Youngman, et H. J. W. Cum familia AIMD concordat³.

R. 'Bible de Rosas.' Codex Bibliorum Parisinus Lat. 6 quattuor tomis distinctus, in Hispania Tarraconensi Orientali scriptus saec. X; contulit H. J. W.; uide Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 24. Textus Noui Testamenti non multum a Uulgata hodierna discrepat exceptis tantum Actibus Apostolorum; hoc in libro plerumque cum familia BKV concordat nisi quod capp. xi, xii saepe duas exhibet uersiones, unam in textu alteram in margine scriptam; ubi notandum est neque manum primam semper cum Uulgata neque marginem semper cum ueteri Latina concordare, sed ueteres lectiones interdum in textu interdum in

¹ Uide praecipue ii. 26 delectatum AIMV, 34 dicit AI¹, 37 his + autem AIM, 40 plurimis AIMOV, iii. 12 ammiramini AI(adm.), v. 36 qui AIMS, viii. 34 > hoc dicit AI, ix. 1 aspirans ABI(ads.)KR*V, 19 aliquos ADI*S, 28 erat autem AIM, xxii. 3 istam ciuitatem AI; aliquando lectiones peculiare habet ut xxvii. 5 myrram.

² Uide praesertim v. 21 aduentens, vi. 1 eo quod, vii. 51 incircumcisi cordibus, ix. 16 pro nomine meo pati, xv. 39 barnabas sine addit., xvi. 2 testimonium sine addit., xvii. 17 aderant, 24 inhabitat, xx. 29 graues. Interdum tamen lectiones singulares ostendit, ut iii. 25 familiae: tribus M *Iren.*, v. 40 ne + omnino M5² dem. lux.*, vii. 20 sui: nostri M cum gr. N*, x. 7 metuentem: timentem M, xiv. 10 exlliuit: exurgens M, xv. 7 diebus: temporibus M, xvii. 31 in quo statuit, fidem praebens: in quo statuit fidem, praebens exemplum M, xxii. 15 om. homines M, xxvi. 11 blasphemare + nomen eius M dem., 26 neque enim in angulo quocumque horum gestum est: nihil enim in angulo horum gestum est M (cf. e). Ubi a familia AIO discrepat, cum Hispanicis CT haud raro congruit et Armachano D, atque interdum cum S; uide ii. 33 hoc donum quod CD@MTW c dem. e p t, 37 om. ad sec. CMT, iv. 30 ad sanitates CDMR*T c dem. gig. p, v. 5 audiebant CMT d gig., 16 in (hierus.) CMT c d dem. e, 39 inueniamini: uideamini CMT c, vii. 6 socola: aduena CMR*T e gig., 21 enutriuit: nutriuit DMS gig. p, 56 > a dextris dei stantem CDMR*T d h, viii. 28 > esaiam prophetam CMSTUW c, 32 > hic erat quam legebatur MSU, ix. 9 non manducans neque bibens MS, 38 pigriteris: pigeat te M(S*) dem. gig. m p, x. 20 om. descende et MS, xiii. 20 quinquaginta: triginta MT, xv. 34 uersus habetur in CDG@MRT vg. c d gig. w, 38 opus + quod missi fuerant CMRT c d w, xvi. 36 om. ite CM, xvii. 13 turbantes: conturbantes CM, 26 omne: homine CIM, xviii. 21 dicens + oportet me etc. D@M*(ut uid.)W d dem. gig., xix. 21 transire a macedonia et achala CMRT c (cf. D d e gig.), 40 de quo + nos CMT, xx. 3 cum fecisset mensis tres CD@MT c dem. e p, xxi. 32 decurrit DMS* dem., 36 enim: autem CMSTU, xxiv. 7 superueniens: intercedens DM gig., xxv. 4 seruari + quidem CMT5² c, xxvi. 29 om. apud deum M*S, xxvii. 19 proiecerunt + in mare CMT c dem. gig. s.

³ Uide ii. 40 plurimis AIMOV e p, iii. 6 tibi dabo AIO, v. 11 audierant AO, 36 > enim hos ADMO p, vi. 7 dei ACDG@I*MOT dem. gig., vii. 7 > ego iudicabo AGIMOW dem., 51 incircumcisi cordibus AIMOSU5² c d dem. lux. p, 55 intuens AO, x. 3 hora nona diei ACDGIMOT c dem. e gig. p, xii. 8 gallioulas ACO, 21 seditque AMO, xix. 27 deputabitur ACDIMOS*T d e p, xxi. 2 transfretantem sine addit. ACD@MOT c gig. p; hic illic etiam cum D lectiones communes habet, ut ix. 29 + cum gentibus DO, 30 + nocte CDO, 32 pertransiisset DO, 40 + in nomine domini (nostri) iesu (christi) DO gig. m p, x. 34 conperio DO, xi. 17 + credentibus in nomine iesu christi DO, xvi. 1 + et cum circuisset has nationes DO, xvii. 17 colentibus deum DO gig., 32 audiamus DO, xxiv. 25 > christum iesum DO dem. e.

marginē reperiri; quae quidem lectiones textum ostendunt Hispanicae uersioni codicis *p* in eadem regione conscripti similem.

S. Codex *Sangallensis* Lat. 2. Plures tractatus continet codex, inter alia (foll. 304-488) Actus Apostolorum et Apocalypsin a monacho Winithario, saec. VIII conscriptos; contulit H. J. W.; uide Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 120. Textus licet familiae BKVR magna ex parte adhaereat, tamen arctius cum codice *Ulmensi* (U nostro, uide infra) concordat, quocum ita saepe lectiones singulares, sc. additamenta breuiora etc., exhibet ut facile credas ambos codices ex uno apographo, neque hoc tam ualde remoto, deriuari. SU igitur intra magnam familiam BKVR ipsi quasi minorem familiam efficiunt quam Hiberno-Gallicam nominare possumus. Ubi S ab U differt, omissionibus pronus est.

T. Codex Bibliorum *Toletanus*, saec. ut uidetur VIII (non X); uide I, p. xiii, et Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 12; contulit J. S. De indole codicis uide supra ad C.

U. Codex *Ulmensis*, nunc Mus. Brit. Add. 11852; continet Actus, Epistulas, et Apocalypsin saec. IX ex. scriptos; contulit H. J. W. Fuit primo Sangallensis iussu Abbatis Hartmoti scriptus, deinde ad bibliothecam uiri doct. Raymundi Kraft *Ulmensis* pertinuit; uide E. Nestle 'Bengel als Gelehrter' pp. 58-60 (Tubingae 1892). De textu uide S supra.

V. Codex Bibliorum *Uallicellanus* B. vi, saec. IX; uide I, p. xiv, et Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 197; contulit J. S. In capp. i, ii, miro modo cum familia *Amiatina* concordat; in reliquis capp. magis cum ceteris *Alcuinianis* cohaeret.

W. Codex Bibliorum Mus. Brit. Reg. I. B. xii a *Willelmo* de Hales anno 1254 scriptus; uide I, p. xiv; contulit H. J. W. Specimen textus medio aeuo usitati.

(b) *Codices ueterum uersionum.*

c. Codex Noui Testamenti *Colbertinus*, Par. Lat. 254, saec. XIII; uide I, p. xxxi. Duo codices in hoc libro continentur quorum primus Euangelia uersione ueteri, ut iam diu notum est, scripta exhibet, alter reliquos Noui Testamenti libros uersione Hieronymiana, non autem adeo pura ut ueteribus lectionibus omnino careat; in Actibus certe mixta est, nec parui momenti ad illustrandas proprietates textus Occidentalis. Maxime cum codicibus ad Galliam meridiōalem pertinentibus concordat, et bene conicit Berger (*Hist. de la Vulg.*, p. 75) codicem ipsum in Gallia Narbonensi fuisse conscriptum; contulit H. J. W.

d. Latina uersio codicis *Bezani* (D); uide I, p. xxxi. De huius codicis indole disseruit uir doct. F. Blass ('Acta Apostolorum,' etc., Gottingae 1895, et 'Acta Apostolorum . . . secundum formam quae uidetur Romanam,' Lips. 1896), qui iudicat eum optimum testem esse ueteris textus Occidentalis. Singulares eius lectiones in unaquaque pagina nostrarum notularum lector perspiciet; sed hic satis erit enumerare affinitates eius cum uersione syriaca *harclensi*, cum graeco min. 137, cuius collationem sub signo M uir doct. Iohannes Mercati *Mediolanensis* dedit apud Hilgenfeld ('Acta Apostolorum,' Berolini 1899), et interdum cum *gig.*; ut facile intellegas Occidentalem uersionem antiquis saeculis longe

lateque diffusam esse. Deficit codex viii. 20-x. 4; xx. 31-xxi. 2; xxi. 7-10; xxii. 2-10; xxii. 20 *ad fin.*

dem. Codex *Demidouianus*, saec. ut uidetur XIII scriptus, sed hodie perditus est; edidit C. F. Matthaei, *Nouum Testamentum*, etc., tom. IX, Rigae, 1782. Textus, ut ex notulis nostris apparebit, mixtus est, maiori ex parte Hieronymianus sed non sine uariantibus lectionibus, additamentis etc. quae omnibus ueteribus Latinis communia sunt; inter ueteres tamen demidouianus colbertino (*c*) proximus accedit, ut notat Berger (*Hist. de la Vulg.*, p. 75).

e. Codex Actuum Apost. *Laudianus* Oxoniensis Bibl. Bodl. Laud. Gr. 35; Latino-Graecus saec. VI ex. scriptus. Fuit ut uidetur inter libros quos Theodorus Tarsensis Archiepiscopus Cantuar. secum Angliam apportauit A. D. 668. Ibi usque ad Northumbriam peruenit ubi uenerabilis Beda eum uidit et in commentariis suis ('*Expositione*' sc. et '*Retractatione*' in Actus) saepe citauit; et forsitan scriba codicis Amiatini textum suum ad eius auctoritatem interdum correxit. Postea Bonifacius uel quidam ex discipulis eius in Germaniam exportauit ubi aliquantulum moratus est codex ut testantur notae etc. in ultimis paginis manu Teutonica scriptae. Textus Latinus satis bene textui Graeco respondet: a uersione uero Africana, quantum ad Latinitatem spectat, tam longe distat ut, nobis iudicibus, uersio diuersa haberi possit; quantum ad textum graecum, inter occidentales et recentiores orientales locum habet sed propior est orientalibus, uide Blass, *Act. Apost.*, Gottingae, 1895, p. 28. Textus graecus ex Latino interdum correctus uidetur, ut vi. 10, xiv. 7, xxiii. 3, uide Blass l. c. Edidit Tischendorfius (*Mon. sacr. ined.* tom. IX, Lips. 1870), sed schedas nostras cum ipso codice contulit H. J. W.; deficit codex xxvi. 29-xxviii. 26.

g. Fragmentum *Mediolanense*, saec. X-XI; edidit A. M. Ceriani (*Mon. sacra et prof.* I, ii, p. 127, Mediol. 1865). Lectionarius est et habet titulum '*In Christi nomine incipit: lectio actuum apostolorum in natale sancti stefani*'; continet Act. vi. 8-vii. 2 et vii. 51-viii. 4. Textus cum codice *gig.* maxime congruit.

gig. Codex Bibliorum *Gigas* Holmiensis, saec. XIII in Bohemia scriptus; edidit J. Belsheim, Christianiae, 1878; editionem cum ipso codice contulit et plurimis locis correxit H. Karlsson, Holmiensis. Europaicae familiae est et multa et graua testimonia textui Occidentali affert, uide praesertim xxviii. 16 '*centurio tradidit custodias principi peregrinorum*,' etc.; hic illic, ut capp. xi-xiii, cum *d* saepius concordat. Ita arcte cum textu quo usus est S. Lucifer Calaritanus cohaeret ut affirmare possimus Luciferum eiusdem textus codicem ante oculos habuisse. *Gigas* ergo noster exemplum praebet uersionis saeculo quarto in Italia et Sardinia usitatae. Textui graeco longe propinquior est quam uersio Hieronymiana, ut interdum doleas Hieronymum ipsum hanc uersionem non adhibuisse.

h. Fragmenta Apocalypseos, Actuum Apost., Epistularum Cath., *Floriacensia* rescripta, nunc Par. Lat. 6400 G; saec. VII litteris uncialibus exarata. Edidit S. Berger (*Le Palimpsest de Fleury*, Paris, 1889). Bonum est exemplum textus occidentalis, et familiae Africanae antiquissimus testis. Habentur tantum capp. iii. 2-iv. 18; v. 23-vii. 2; vii. 42-viii. 2; ix. 4-23; xiv. 5-23; xvii. 34-xxviii. 19; xxiii. 8-24; xxvi. 20-xxvii. 13.

m. Lectiones e libro *De diuinis scripturis siue Speculum*; editione F. Wehrich *Corp. Scr. Eccl. Lat.*, tom. XII, pp. 287-700, Uind. 1887, usi sumus, uide I, p. xxxii. Africanæ familiae exemplum est paulo recentius.

p. Codex Noui Testamenti *Perpinianus*, nunc Par. Lat. 321, saec. XIII in scriptus. In Actibus textus mixtus est, partim Hieronymianus partim ueteris uersionis; quæ uetera sunt sc. i. 1-xiii. 5, et xxviii. 16-31 edidit S. Berger (*Un ancien texte latin des Actes des Ap. retrouvé dans un MS. provenant de Perpignan; tiré des notices et extraits des MSS. de la Bibl. Nat. et autres Bibliothèques*, tome XXXV, 1^{re} partie, Paris 1895); reliqua contulit H. J. W. Textus Europaicus est sed saepe antiquiores lectiones Hispanas seruauit.

s. Fragmenta *Bobiensia* (nunc Uindobonensia Lat. 16) rescripta, saec. VI. Ediderunt Tischendorfius, 1847 (*Wiener Jahrbücher d. Literatur*, 120, *Anzeiger-Blatt*, p. 36), Belsheim, 1886 (*Fragmenta Vindobonensia*, Christiania), et H. J. W., 1897 (*Old Latin Biblical Texts*: No. iv, Oxford); ueteris uersionis sunt, familiae Europaicae, textui codicis *gig.* simillima. Continent tantum xxiii. 15-23; xxiv. 6, 8, 13-xxv. 2; xxv. 23-xxvi. 2; xxvi. 22-24, 26-xxvii. 32; xxviii. 4-9, 16-31.

t. Lectiones e libro qui dicitur *Liber Comicus siue Lectionarius Missae quo Toletana Ecclesia ante annos mille et ducentos utebatur*; ed. D. Germanus Morin, Maredsolii, 1893 (*Anecdota Maredsolana*, I). Edidit Morin ex codice Par. Bibl. Nat. *nouv. acq. lat.* 2171, saec. XI; sed textus longe antiquior est, et ut uidetur saeculo septimo tribui potest. In Actibus lectiones ante-Hieronymianæ sunt, familiae Hispanicae; cf. *p* et codices nostros CT.

De his codicibus ueterum uersionum haec pauca adnotanda sunt. Praesto sunt nobis codices, uel potius codicum partes satis multae quæ diuersas formas textus ante-Hieronymiani repraesentant. Non autem ex eis librum totum ut se in forma Africana habebat conglutinare possumus, neque est ulla recensio quæ tam prope textui Hieronymiano accedit quam in Euangeliis Brixianus. Sunt autem (1) codices Africani *h m*, (2) Europaei qui dicuntur, *e g₂ gig. p* (partim) *s*, (3) Hispani *p* (partim) *t*, (4) *d*, (5) mixti *c dem.*, id est partim Hieronymiani, partim ueteris uersionis.

CAP. II.

DE CODICIBUS GRAECIS QUIBUS S. HIERONYMUS IN ACTIBUS USUS FUERIT.

SCRIPSIMUS in Epilogo ad Euangelia (I, p. 660) Hieronymum nostro iudicio 'tum textus formam cum Sinaitico codice plus minus concordantem cognouisse, tum alteram ualde alienam quæ nobis alias ignota sit,' et (p. 662) 'Hieronymum ad manus habuisse codices Graecos qui ab omnibus qui ad nos peruenerunt diuersi fuerint.'

Primam ex his sententiam nemo, quod scimus, impugnauit; aliqui uiri docti de codicibus Graecis hodie ignotis dubitauerunt. Nobis tamen hanc sententiam

confirmavit inuestigatio textus Actuum Apostolorum de quo iam disserendum est.

Missa facimus exempla permulta minoris momenti, qualia sunt inuersiones uerborum et uarietates dictionis quae ab Hieronymo elegantiae uel styli sui seruandi causa illata¹, aut ex ueteris uersionis codicibus accepta, uideri possint. Sunt enim pauciora quidem, sed grauiora, quae codices Graecos a nostris diuersos, Hieronymo tamen notos, indicant; exempli gratia i. 18 *suspensus*, v. 3 *temptauit*, xix. 35 *ionisque prolis*, et cetera quae in nota ad calcem paginae collegimus, quae neque in codicibus Graecis inueniuntur, neque in ueteribus Latinis nisi forte in eis quos 'mixtos' esse iudicamus².

Quod ad Graecos attinet iam extantes meminerit lector in duas familias satis magnas codices a uiris doctis distingui, Orientalem scilicet (= α Blass) et Occidentalem (= β Blass, uel δ Kenyon). Familia orientalis in duos ramos diuiditur, antiquiorem (NB), et recentiorem (HLP etc. = 'Syrian recension' Westcott et Hort). Familiae occidentalis quasi dux habetur Codex Bezanus (D et *d*), sed sequuntur uersio Syriaca Harclensis, codex ueteris Latinae Regius Parisiensis (*h*), et textus locorum a Cypriano et aliquando ab Augustino citatorum (uide praesertim adnotata ad capp. i, ii). Lectiones etiam occidentales satis multae in codicibus nostris Latinis adseruantur, immo aliquando in textum nostrum receptae sunt³.

¹ e. g. vii. 24 *percusso aegyptio*: percutiens aegyptium *e* *p* et *gr.* πατάξας τὸν Αἰγύπτιον; sed amat Hieronymus ablatiuum absolutum, uide xii. 19, xiv. 14, 19, xv. 33, xvi. 29, xviii. 23, xix. 1, 21, xxii. 16, xxviii. 2, etc. *Maioris momenti sunt quae sequuntur*:-

i. 8 *superuenientis spiritus s. in uos*: superuenientis s. spiritu in uos *e* (*gig.*) cf. *d*; *gr.* ἐπελθόντος τοῦ ἁγ. πν. ἐφ' ὑμᾶς; vii. 38 *uerba uitae*: eloquia uiua *e* *p**, eloquia uiuentia *gig.*, et *gr.* plur. λόγια ζῶντα; 39 *oboedire*: oboedientes esse *d*, obaudientes esse *e*, et *gr.* ὑπήκοοι γενέσθαι; x. 10 et cum *esuriret*: factus est autem esuriens et *d*, factum est au. (ut) esuriret et *e*, et *gr.* ἐγένετο δὲ πρόσπεινος καὶ; xiii. 17 *cum essent incolae in terra aegypti*: in peregrinatione in (*om.* *e**) t. aeg. *d* *e*, et *gr.* ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῆ Αἰγύπτῳ; xiv. 15 *nos mortales sumus similes uobis homines*: nos similiter passibiles ut uos (> ut uos pass. *m*) sumus homines *gig.* *m*, et *gr.* ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμὲν ὑμῖν (> ὑμῖν ἐσμὲν C *min.*) ἄνθρωποι; xxi. 5 et *explicitis* (uel *expletis*) diebus: cum autem factum explere nos dies *e*, et *gr.* ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι (uel ἐξαρτ. ἡμᾶς) τὰς ἡμέρας (cf. xxviii. 17); xxii. 1 *quam ad uos nunc reddo rationem*: uerba mee excusationis *gig.*, *fero* = *gr.* τῆς πρὸς ὑμᾶς νυνὶ ἀπολογίας; 24 *flagellis caedi et torqueri eum*: fragellis torqueri cum *e*, flagellis cum interrogari *gig.*, et *gr.* μάστιξιν ἀνετάξασθαι αὐτόν; xxv. 16 *ad abluenda crimina*: de crimine *e*, criminis *gig.*, et *gr.* περὶ τοῦ ἐγκλήματος; xxviii. 7 *in locis autem illis*: inter eos autem qui in illo loco morabantur *gig.* (*s*), et *gr.* ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκείνον.

² *Tales sunt* i. 10 *euntem illum*: *gr.* πορευομένου αὐτοῦ; i. 18 *suspensus*: pronus factus *d* *e* *p** et *gr.* πρηνῆς γενόμενος *gr.*; iv. 25 *qui spiritu sancto per os patris nostri dauid pueri tui dixisti*, uide ad loc.; v. 3 *temptauit ubi Hieron. correxit, ut uidetur, lectionem ueterem impleuit e, repleuit gig. p**, adimpleuit *d*, = *gr.* ἐπλήρωσεν; 32 *omnibus contra gr.*; ix. 39 *quas faciebat illis dorcas*: *gr.* ὅσα ἐποίησεν αὐτῶν οὐσα ἡ Δορκάς, et ita *e* *m* *p*; xii. 20 *eo quod alerentur regiones eorum ab illo*: *gr.* διὰ τὸ τρέφασθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς et ita (*d*) *e* *gig.* *p*; xix. 35 *ionisque prolis*: *gr.* τοῦ διοπετοῦς, uide ad loc.; xxv. 2 et citato paulo: *gr.* κληθέντος δὲ αὐτοῦ (*om.* αὐτοῦ B) et ita *e* *gig.*; multa *corriganter per tuam prouidentiam*: *gr.* διορθωμάτων γινόμενων τῷ εἶναι τοῦτο δια τῆς σῆς προνοίας; xxvi. 7 *duod. tribus nostrae nocte ac die deseruientes*: *gr.* τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεύον; xxvii. 1 *eum nauigare*: *gr.* ἀποπλεῖν ἡμᾶς; cum reliquis *custodiis*: *gr.* καὶ τινὰς ἐτίρους δεσμώτας; 43 et *euadere* (ut *euaderent* SU): *om.* *gig.* cum *graeo*; xxviii. 15 et *inde cum audissent fratres*: *gr.* κἀκεῖθεν οἱ ἀδελφοὶ ἀκούσαντες τὰ περὶ ἡμῶν (*om.* τὰ π. ἡμ. *sy.* *פש.*). In his exemplis omnes codices Hieronymiani textui nostro suffragantur; in sequentibus plurimi uel plures; ii. 42 *communicatione fractionis panis codd. plur. vs. c d dem. (p)*: *gr.* τῆ κοινωνίᾳ (+ καὶ N^cD^eEP *al.*) τῆ κλάσει τοῦ ἄρτου, et *comm. fractione panis BC t*, communicationi fractioni panis *e* *gig.* (> pan. fract.); xi. 29 *discipuli . . . proposuerunt*: + singuli eorum CGT *gig.*, + sing. autem ipsorum *d*, + unusquisque eorum R *e* *p**, et *gr.* + ἕκαστος αὐτῶν post ὤρισαν; xiii. 7 paulo (paulum R): saulo GOU¹ *dem.* *p*, saulum *d* *e* *gig.* Lucif. et *gr.* Σαῦλον; xviii. 4 *om. uers.* A*BFGI*KMOSUV *p*: habent A^cCD^ePRTW *uett. plur.* cum *graeo* et *uerss. rell.*; xix. 27 *magnae*: + deae CFM^cOTU* *d* *e* *gig.* *p** et *graeo.*; xxvii. 44 *omnes animae plur.*: *om.* animae A* (+ A¹) cum *graeo*.

³ *Lectionibus occidentalibus maxime infecti sunt codices DOR*; uide praecipue x. 32, xi. 1, 2, 17, 27, xii.

Codex Laudianus (E et e) huic familiae adnumerandus est, sed textui orientali recentiori magna ex parte conformatus qualis saeculo post Christum sexto uulgabatur. Qui codex saeculis septimo et octavo in Anglia adseruatus non parui ponderis fuit ad textum codicum Anglicanorum constituendum fuisse uidetur; certe Amiatinus noster multis in locis ex Laudiano correctus est¹.

Sed etsi lectiones occidentales satis saepe in quibusdam, interdum in omnibus codicibus nostris occurrunt, tamen perspicuum est Hieronymum hunc textum pro fundamento recensionis suae non elegisse.

Restat ergo ut inuestigemus in quam partem textus orientalis (a), antiquiorem scilicet uel recentiorem, magis inclinauerit. In hoc lector qui notas criticas nostras perspexerit a iudicio nostro uix dissentiet, Hieronymum tum in Euangelium cum in Actibus familiam graecam secutum esse cuius duces sunt NABC²; cum enim non id agit ut alteram familiam numquam praeferat, tamen multo saepius antiquiori eam postponit.

Utrum ipsa magna et antiquissima exemplaria N et B coram oculis habuerit annon, prorsus dubitare licet; paucissimi sunt loci in quibus uel cum hoc uel cum illo solo consentit; et ubi inter se uariant, id est ubi uel N contra B et reliquos huius familiae codices stat, uel B contra N et reliquos, Hieronymus cum

3, 22, xiii. 33, 43. xiv. 2, 6, xv. 2, 20, 23, 29 etc.; sed hic illic codd. plures et maioris momenti eidem textui fauent, ut v. 15 ADΘMOR³ST⁴UW, viii. 37 A¹BDΘORTUVW, ix. 5 BCD⁵FG⁶KORSTUVW (cf. A¹M uersu 4), xviii. 21 DΘM⁷W; nonnumquam etiam Hieronymus ipse, ut i. 4 per os meum = gr. D, ii. 15 cum sit hora diei tertia = gr. D⁸, 24 inferni = gr. D, v. 22 et aperto carcere = gr. D syr. harl. (cum⁹), xi. 4 ordinem = gr. D, xiii. 1 in quibus = gr. D¹⁰, 31 usque nunc = gr. D, xiv. 19 quidam = gr. DE, xvi. 13 uidebatur oratio esse, xxi. 21 non debere eos circumcidere = gr. E; quamquam editio Clementina lectiones aliquas retinuerit quae optimorum codicum auctoritate sine dubio reiciendae sunt, e.g. viii. 37 et ix. 5 (uide supra), xv. 34, 41, xxiii. 24, xxiv. 7, xxviii. 29.

¹ Correctiones in Codice Amiatino semper uel fere semper manu prima scriptae sunt; et ubi graeci textus uarietatem produnt, tam saepe cum textu E¹⁰ concordant ut facile credas scriptorem codicis A Actus Laudianos in manibus habuisse (ut monet nos uir doct. G. M. Youngman); uide praecipue vi. 10 + propter quod redarguerentur etc. A¹DΘ e t cum gr. (D)E, quamquam A¹ non habet clausulam cum ergo non possent contradicere (uel resistere) ueritati quae inuenitur in Θ d e h t et gr. DE; viii. 37 habetur uersus in A¹BDΘORTUVW uett. cum gr. E min.; ix. 4 persequeris + durum tibi est contra st. calcitrare A¹M et gr. E 180 (cf. u. 5); xix. 9 uiam + domini A¹CDΘKMRTVW cum gr. E; xxiv. 7 habetur uersus in A¹BDIKMRVW cum gr. E al. sat mul.

² Correctiones minoris momenti ubi A¹ cum gr. plur. (etiam E¹⁰) concordat, sunt iv. 28 cons. tuum A¹BCFKMRSUVW cum gr. NA¹DEP al.; v. 34 homines (= gr. NAB 80): apostolos A¹CDOT cum gr. DEHP al. fere omn.; vii. 19 patres (= gr. NBD): + nostros A¹BCDGKMRSTUVW et gr. plur.; 44 fuit patribus nostris (= ἦν τοῖς πατρ. ἡμῶν plur.): fuit cum p. n. A¹S, cf. ἦν ἐν τοῖς π. ἡμ. D¹¹E al. mult.; x. 4 quid est A¹B¹²CD¹³F¹⁴Θ¹⁵K¹⁶S¹⁷U¹⁸V = gr. τὶ ἐστὶν: qui es A¹M; xi. 25 profectus est autem barnabas tharsum A¹O, cf. ἐξ ἧλθεν δὲ εἰς T. ὁ Βαρν. EHLP al. pler. (om. ὁ Βαρν. NAB); 28 in uniuerso orbe: gr. ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην et in uniuersum (omnem e) orbem A¹ e g¹⁹; xvii. 23 inuenit et aram A¹ al. cum gr. omn. (om. et A¹CGSU); xviii. 3 erant autem A¹CDKUV cum graeco; 4 habetur uersus in A¹CDΘ²⁰LR TW cum graecis; xx. 20 subtraxerim sine add. A¹CD²¹FG²²Θ²³STVW cum graeco: + uobis A¹BIKMORU; 23 manent sine add. codd. plur. (et A¹) cum gr. paene omn.: + in hierosolymis A¹G²⁴Θ²⁵W et gr. D; tantum xxvii. 44 addidit animae A¹ cum codd. uell. nostris sed contra graecum.

³ Locos circiter CCXX ex notulis nostris collegimus in quibus codices graeci in partes eunt, Hieronymiani omnes uel saltem optimi inter se concordant; in his inuenimus Hieronymum familiam NABC duplo praetulisse quam HLP. Exempla concordantiae cum NAB(C) sunt i. 15 fratrum; viii. 7 multi enim eorum qui habebant; xi. 22 barnaban sine add.; xii. 20 erat autem sine add.; xiii. 17 israhel; xiv. 12 barnaban sine add.; xv. 24 animas uestras sine add.; xvii. 13 et turbantes; xviii. 20 maneret sine add.; xix. 35 hominum; xx. 7 cum conuenissemus; xxi. 25 ut abstineant se; xxii. 20 consentiebam sine add.; xxiii. 9 angelus sine add.; xxv. 16 hominem sine add.; xxvii. 14 euroaquillo; xxviii. 16 romam sine add.

⁴ Contra Hieronymum nonnumquam familiam HLP sequitur, ut iii. 6 surge et; v. 40 et dimiserunt eos; xi. 13 dicentem sibi; xiv. 8 ambulauerat; (xv. 18 = gr. AD); xvi. 6 transeuntes; xviii. 3 operabatur; xix. 37 uestram; 40 concursus istius; xx. 24 sed nihil horum uereor nec facio animam meam pretiosorem quam me; 25 dei; xxi. 5, 6 orauimus: et cum uale fecissemus; xxiii. 12 quidam ex iudaeis; xxiv. 21 in me; xxvi. 28 fieri.

maiori parte familiae, non cum codice dissidenti, congruit¹. Ex hoc forsitan colligi potest Hieronymum non ipsis N et B usum esse, sed potius alio quodam exemplari cuius lectiones pluribus codicibus familiae eiusdem communes erant.

Si autem Hieronymus Graecos huiusmodi in textu suo emendando adhibuerit, ut nobis certum uidetur, sequitur eos Uulgatae codices qui antiquiorum Graecorum textui propius accedant praefereandos esse iis in locis ubi codices nostri in partes eant, et ubi partes, quod ad numerum et antiquitatem testium attinet, tam parem auctoritatem habeant ut aliter dubitauerimus quae pars eligenda fuerit².

CAP. III.

DE CODICUM NOSTRORUM CLASSIBUS.

SICUT in Euangeliis ita et in Actibus confitendum est nos stemmata codicum componere ausos non esse. Confer I, pp. vii et x.

Lectoribus tamen satis fidenter proponimus id quod ex longo studio in textu componendo habito, et ex consideratione sedula lectionum selectarum fere CCL, de ratione societatis uel familiaritatis quae inter codices nostros intersit, nobis constare uideatur. In quo lectionum delectu et consideratione adiutore sumus usi acuto, strenuo, et iucundissimo Georgio Mallows Youngman A.M., nunc presbytero Dioceseos Sarisburiensis, qui in libro Armachano exscribendo et in codicum diuersorum collatione nobis etiam in primo tomo praesto fuit.

Codices igitur nostros septemdecim in quatuor classes diuidimus. Prima continet quinque (GCAFD) quos primarios nominamus, qui ex uariis regionibus orti nullo modo ab inuicem pendere uideantur. Secunda continet sex (IM, SU, T, O) qui primariis obnoxii, et praesertim codicibus Amiatino (A) et Fuldensi (F), cum illis diuersas familias constituunt. Tertia classis quae quinque continet (Θ, KBVR), est recensionum Theodulfanae et Alcuiniana, quarum altera ita arcte cum codice Fuldensi (F) concordat ut Alcuinum credas eo ipso codice in textu constituendo usum esse. In quarta unum tantum collocamus, Sarisburiensem (W), qui textus medio aeuo uulgati testis est.

I. CODICES PRIMAE CLASSIS GCAFD.

Codices primarii sunt quinque GCAFD, quos eo ordine collocamus ut ostendamus propinquitatem singulorum textui quem credimus Hieronymiano. Ex locis enim CCLII, quorum lectiones nostri gratia digessit G. M. Youngman antedictus, San-Germanensis (G) cum nobis uices CLXIX concordat, Cauensis (C) locis CL, A et F fere CXL (sed A in locis paulo grauioribus quam F), Armachanus

¹ Centum fere locos collegimus ubi N et B inter se dissident; in his Hieronymus paene aequae contra hunc et illum facit, sed rarissime cum N solo uel B solo congruit. Confer tamen xiii. 6 ubi legimus bariosu cum codd. nostris plur. et βαρησοῦ N min.; xxii. 29 tribunus quoque = καὶ ὁ χιλίαρχος N* min.; xxvii. 28 qui codd. plur. cum N*; 31 in naui manserint = N* min.; xxviii. 2 om. propter ante frigus cum N* min.; 18 me sec. cum N* 177. Etiam ix. 11 surge uade uidetur nobis correctio Hieronymiana = ἀναστὰς πορευθήτω B; xii. 24 domini = B; xvi. 28 paulus magna uoce = B.

² Uide praecipue v. 34 homines; 39 poteritis; vi. 7 dei; vii. 19 patres sine add.; ix. 28 hierusalem sine add.; xi. 20 et sec.; xix. 2 et illi sine add.; 9 tyranni sine add.; xx. 22 alligatus ego; xxii. 12 habitantibus sine add.; xxv. 22 agr. autem ad festum sine add.; xxvii. 2 inceptentem.

(D) CXXV. Qui codices, quamuis omnes ex uno fonte Hieronymiano deriuentur, nullo modo, quantum uidemus, ab inuicem pendent. Contra, ut diximus, uariarum regionum textum repraesentant. San-Germanensis ex Gallia meridionali, forsitan ex Lugduno uel prope Lugdunum, originem trahit, ut conicit S. Berger, *Hist. de la Vulg.*, p. 72. Amiatinus, ut in Euangeliis diximus (I, p. 705), textus formam in regione Neapolitana uulgati saeculis VI et VII nobis affert. Fuldensis Capuanus est, Cauensis Hispanicus, Armachanus-Dublinensis Hibernicus. Discrepantia horum codicum maxime in A et F apparet, quorum secundus F in capitulis i-viii et xiv-xvi ut ueritatis testis prominet, A uero in ceteris. Unde sequitur concordantiam horum duorum A et F fortissimam esse et raro abiciendam. Extant tamen loci ubi etiam hanc concordantiam deseramus, et lectionem his testibus suffultam uel errori scribarum¹ uel ueterum Latinorum nimiae auctoritati² tribuendam censeamus. Concordantiam uero primariorum omnium numquam deserimus nisi ubi lectiones admiserimus quae textui plane deprauato medicinam afferre uideantur, ut sunt iii. 20 †oum†, iv. 21 †clarificabant deum in eo quod factum erat†, et xv. 29 *om. suffocato*, quod uncis quadratis inclusimus³. Ceteris locis semper unum uel alterum primariorum sequimur⁴, et plerumque duos uel tres uel plures.

2. CODICES SECUNDAE CLASSIS IM, SU, T, O.

Codices sex in hac classe collocamus qui 'deriuati' dici possunt, non tamen alicui recensionis historicae tribui possunt, ideoque quasi medio loco stant inter primarios et saeculorum VIII-IX recensiones. Quorum I (Iuueniani Uallicellanus) et M (Monacensis) Amiatini asseclae sunt; S (Sangallensis) et U (Ulmensis) ambo Hiberno-Gallici textum Fuldensem pro fundamento habent, sed addita-menta a scribis Celticis dilecta saepe ostendunt. Ubi S ab U differt, omissiones amat, ut diximus supra p. viii. T (Toletanus), ut in Euangeliis, exemplum recentius textus Hispanici est. O (Oxoniensis-Seldenianus) originis obscurioris est: affinitatem nunc cum Amiatino, nunc cum Armachano habet, interdum contra omnes uel fere omnes alios codices facit; uide supra p. vii, not. 3. Codex O ergo 'deriuatus' dici potest, a scriba editus qui nunc hanc nunc illam textus formam praetulerit, Amiatinam scilicet uel Hibernicam.

¹ Uide ii. 26 *requiescet*: -cit AFGΘ*IOSV; iii. 22 *suscitabit*: -uit ABFΘ*MOS; v. 3 *mentiri te*: mentire te AFOS e; 28 *replestis*: -etis AB*FKO*V e*ρ; xiii. 10 *omni iustitiae* A*FS; xv. 3 *conuersionem*: conuersationem ABDF*IKMUVW e, et -sacionem RS*; xx. 23 *me*: meae A*BDFKM*RST UVW ρ; xxiv. 14 *patri deo meo*: patri deo meo ABCDFIKMSUV, et > patri meo deo R, > deo patri meo TW; xxviii. 11 *castrorum*: castrorum A*BDFG*ΘIKORS*T*U*W c ρ.

² Uide i. 20 *habitaret*: inhabitaret AFGΘMUV uell.; vii. 51 *duri oeruloe*: dura ceruice (A*†)BCFΘI KORSTUVW c dem. e g₂ g₁ lux. m; viii. 24 *dominum*: deum AFMW c dem. ρ cum gr. D al. plus 20. Praeterea sunt loci perpauci ubi A et F certe reiciendi sunt, iv. 21 *om. deum male* ABFGΘIKMORS UVW; xii. 21 *om. autem* AFΘSU; xxvi. 20 *in omnem regionem*: in omni regione AF.

³ Cf. et viii. 12 † et nomine iesu christi etc., ubi distinctionem codicis A mutauimus.

⁴ e. g. i. 20 *commoratio* BCF*GKRS*TUW: commemoratio DF*Θ; habitatio AIMOS*V; vii. 1 *habent plur.* (et CDG): habeant A; haberent FIM; x. 15 *tu ne commune dixeris* CΘOSTUW: > tu commune ne dixeris ABIKRV; ne tu commune dix. DFGM; 29 *accersistis* B*GIKMOST*V: arcessistis ACDRT†; accersisti B*FUW; arcessisti Θ; xvi. 29 *paulo et silae* DG*: + ad pedes BFG*ΘKRSUVW; > ad pedes paulo et silae AC; ad p. pauli et s. IMOT; xxviii. 4 *eum non sinit uiuere* CΘIKUV: eum non sinit uiu. R, eum non dimisit uiu. A; > non sinit eum uiuere OSW, non sinit eum uiuere M; > eum uiuere non permisit T; non sinit uiuere (*sine eum*) BDFG.

3. CODICES TERTIAE CLASSIS Θ, KBVR.

Saeculo octauo exeunte et nono ineunte recensiones duae sub imperio Karolino extiterunt, una a Theodulfo, Uisigotho, Aurelianensi episcopo, confecta (uide I, p. 719), altera ab Alcuino. Recensionis Theodulfianae monumentum eximium est Θ, qui a Uisigotho homine confectum magnam cum CT affinitatem habet; lectiones tamen subinde antiquiores ostendit et cum D et O concordantes. Codicem Aniciensem Theodulfi, forma paene gemellum, non contulimus.

Recensionis Alcuiniana, quae in Actibus a codice Fuldensi maxime pendet, sunt KBVR, quos ordine bonitatis ad huius libri textum constituendum enumeramus. Mirabitur certe lector Uallicellanus (V), qui recensionis Alcuiniana in Euangeliis agmen ducit, non primo loco sed tertio collocari. Sed obseruamus editorem in capitulis i et ii praestantiam codicis Fuldensis in prima libri nostri parte non statim deprehendisse, et textum Amiatinum qui in capitulis i-viii et xiv-xvi, ut dicimus, minoris momenti est, propius secutum. Notandum est etiam capitulationes F, SU, Θ, KBR easdem esse; sed capitulationes codicis V singulares sunt, neque cum his neque cum Amiatinis ullo modo concordant.

4. CODEX TEXTUS MEDIO AEUO USITATI W.

De hoc codice a *Willelmo* de Hales, pro Thoma de la Wile magistro scholarum Sarum A. D. 1254 scripto, pauca tantum dicenda sunt. Ut in Euangeliis ostendit textum scholasticorum medii aevi manibus tritum; amat additamenta et lectiones occidentales, et saepissime cum codice mixto c concordat.

CAP. IV.

DE TEXTU NOSTRO IN ACTIBUS.

Ex his quae supra capp. I et III notauimus, perspicuum erit lectori, codices nostros in Actibus in duas uel forsitan tres magnas familias diuidi posse quarum prima constat ex GA(D)IM(O), secunda ex FSU(Θ)KBVRW, tertia ex CT cum quibus saepe coniunguntur Θ, et DO qui licet maiori ex parte cum Amiatino faciant, tamen hic illic quasi initia uarietatum illarum exhibent quae postea magis magisque in codicibus Hispanicis inueniuntur. Sed ex his tribus familiis prima et secunda nobis in textu constituendo maioris momenti sunt.

Cum autem hae familiae saepissime in partes eant, non iudicamus hanc uel illam semper sequendam esse. Immo uero nunc hanc nunc illam sequimur secundum regulas a nobis in euangeliorum textu constituendo propositas (uide I, pp. 725-732). Plurimi sunt loci ubi lectionem quae cum graecis, et praesertim cum graecis uetustissimis concordet, praetulimus¹. His proxime accedunt loci complures ubi lectionem quae graecum melius latine reddat simili ratione acce-

¹ e. g. i. 17 quia, ii. 4 allis, iii. 11 cum teneret autem, iv. 24 deum (cf. vi. 7, vii. 7), v. 8 mihi (sine mulier), 34 homines, 39 poteritis, viii. 36 quid, ix. 5 persequeris (sine add.), 29 loquebatur quoque (sine gentibus), xiv. 15 terram et, xv. 2 ex illis, xix. 6 manus, 9 tyranni (sine add.), 23 uia (sine add.), xxi. 8 erat (sine add.), xxiii. 18 uocans, 21 ei, xxvii. 2 incipientem: uide etiam supra p. xiii.

pimus¹. Non adeo multi sunt loci in quibus lectionem hac sola ratione praetulimus quod in ueteris uersionis latinae testibus non appareat²; sed nonnulli sunt ubi haec causa cum aliis conspiret ad ueritatem lectionis discernendam³. Sunt minoris momenti nec admodum multi loci ubi scribarum errores⁴, betacismos, itacismos etc.⁵, repudiauimus; alii sunt ubi eandem familiam per totum uersum secuti sumus cum fidem eius in pluribus propinquis lectionibus probauerimus⁶; alii ubi lectionem breuiorem pro longiori recepimus⁷.

Has igitur secundum regulas si notulas nostras exploraueris, amice lector, sine dubio San-Germanensem (G) inter omnes codices eminere perspicias. Qui codex interdum cum BKVFSUR congruit sed saepius cum AIMOD; e. g. ex CCX locis ubi familiae A et F in partes eant, in CXLII codex G nobis iudicibus ueram lectionem conseruat, neque amplius LXVIII locis deteriore partem sequitur. Ex illis item locis G cum A uices CXXI congruit, cum F tantum LXXXIV.

Si familias autem potius quam codices respexeris, inuenies familiam Amiatinam Fuldensi meliorem esse; nam ex iisdem CCX locis, CXXII sunt ubi familiam A, LXXXVIII tantum ubi familiam F praetulimus. Harum quidem rerum aestimatio, quod facile concedimus, non omnibus criticis eadem erit. Nos enim non omnes locos enumerauimus ubi hac parte codex A, altera uero codex F steterit, sed eos tantum ubi familiae uel potiores familiae partes contra stare nobis uideantur. Neque tantum iudicio nostro fidimus ut affirmemus nos semper ueram lectionem perspexisse. Sed eruditus lector qui notulas nostras in Actus perlustrauerit uix dubitabit censurae criticae in hunc librum paene pro fundamento esse perceptionem discrepantiae harum familiarum, ambas tamen bonae notae esse, et lectionibus ueram auctoritatem praebere, ambas scilicet ex uno fonte Hieronymiano deriuari.

IOHANNES SARISBURIENSIS EP̄S

HENRICUS I. WHITE

Sarisburiae

Septembris die XIV a. d. M.D.CCCC.IV.

¹ e. g. i. 6 conuenerunt, ii. 40 pluribus, iv. 2 in iesu, 9 iudicamur, 32 possidebat . . . dicebat, xvii. 22 superstitiosiores, xx. 29 graues, xxi. 5 explicitis diebus, xxiii. 8 utraque contententur, xxiv. 20 accusare, xxv. 10 ubi, xxvi. 17 populo.

² e. g. i. 20 commemoratio et habitet, ii. 11 eos loquentes, ix. 11 surge uade, 22 multo magis, xv. 1 saluari, 4 a senioribus, 16 decidit, 19 dominum, xx. 3 ubi cum fuisset menses tres, 9 eductus, 13 enauigauimus. *Notandum est codices c dem. p mixtos esse, i. e. partim ueteres partim Hieronymianos.*

³ e. g. ii. 12 hoc uult esse, v. 34 homines (apostolos), vii. 35 iudicem (*sine add.*), xxi. 5 explicitis diebus.

⁴ e. g. v. 21 aduentens (audiens), xvi. 1 iudaese (iudae), xvii. 6 orbem (urbem), 17 aderant (audierant), xxi. 24 ambulat (ambulans).

⁵ e. g. vi. 14 mutabit (-uit); v. 28 praecipimus (praecip.), xxii. 26, 29 ciuis (ciues), xxiii. 4, 5 maledicoe (-cis); *uide etiam supra, p. xiv.*

⁶ e. g. i. 20 eorum, ii. 27 neque, x. 30 usque in.

⁷ e. g. viii. 4 uerbum (*sine add.*), 11 magis suis (*sine add.*), 12 et nomine, ix. 20 et continuo (*sine add.*), xiii. 13 qui cum eo (*sine erant*), xvi. 2 testimonium (*sine add.*), xxii. 16 exsurge baptizare, xxiii. 9 surgentes (exsur.), 21 amplius (*sine add.*), 24 paulum (*sine add.*), xxvii. 25 deo (*sine add.*), 42 primos (*sine in mare*), xxviii. 26 dio (*sine add.*).

PRAEFATIONES IN ACTUS APOSTOLORUM.

Duas praefationes habent CΘ, tres T (quas exscripsit nostri gratia uir doct. W. Schulz) et edd. ant., quattuor MR; unam habent BFIKUVW c gig., non autem omnes eandem; nihil habent ADGOS (ut uidetur) d e p.

In codice M ordo foliorum culpa ligatoris turbatus est et duo folia perierunt; fol. 1 habet capitula XXXVIII-XLVII; fol. 1 b, XLVII-LVII; fol. 2, LVII-LXI, deinde prologum 'Nudam quidem uidetur,' tunc praefationem 'Canit psalmista'; fol. 2 b, reliqua praefationis, deinde prologum 'Lucas natione syrus . . . uirginitate'; perit folium sequens; fol. 3 habet prologum 'Lucas euangelista ad theophilum scribit,' deinde capitula I-III; fol. 3 b, capp. V-XIII; fol. 4, cap. XIII-XXIII; fol. 4 b, cap. XXIII, XXV; reliqua pars paginae uacua est. Certum est igitur foll. 3, 4 ante 1, 2 stetisse, et periisse folium inter 4 b et 1, et iterum post 2 b; ordo autem fuit (a) Prologus 'Lucas euangelista,' (β) capitula, (γ) prologus 'Nudam quidem,' (δ) praefatio 'Canit psalmista,' (ε) prologus 'Lucas natione syrus.'

Praefatio quae sequitur continetur in codd. nostris BFΘKMRUW c gig., editionibusque antiquis Hailbrun 1476, Wild 1481, Kesler 1487, Paganini 1497, Froben 1502, Sacon 1515 et 1518; cf. Thomasium l. p. 356 qui priora et ultima tantum uerba impressit ex codd. scilicet Vat. 4221, S. Pauli, et Orat. B. 7.

In codice T secundum, in edd. Hailbrun, Wild, Kesler, Froben, Sacon tertium tenet locum.

